

## Sextus

nilus p̄cipitans se: fragore auditum accolis ausent. Diripit & nepata. Longissimi aut̄ a syene proges  
sns. d. ccclxx. mil. pas. Nec tamen arma romana solitudinem ibi fecerunt. aegyptiorum bellis attrita est  
æthiopia uicissim iperitando seruendoq; clara & potens etiā usq; ad troiana bella Mennone regnate  
Et syrie ipertitasse eā nostroq; littore ætate regis Cephei patet Andromadæ fabulis. Simili modo & de  
mensura eius uaria prodidere. Primus Dalion ultra meroen longe subiectus: Mox Aristocreon: & Bi  
on: & Basilis. Simonides minor etiā quinquennio in meroe moratus cū de æthiopia scriberet. Nam &  
Thimosthenes classium philadelphi p̄fectus sine mensura dierum. Ix. a syene meroen inter prodidit  
Eratosthenes. d. c. mil. xxv. artemidorus. d. c. mil. Sebostus ab ægypti extremis sexdecies. lxxv. mil. pas.  
proxime dicti. lxv. Verū omnis hæc finita nuper dusputatio est: quoniam a syene. d. cccclxii. mil. Nero  
nis exploratores renunciauerē his modis. A syene hieran sycaminon. lllii. mil. par. Inde tania. lxxv. m.  
pas. regione enominiton. Aethiopum primi. cxx. mil. a cinā. lxiii. mil. pitarā. xxv. Tergedū. cvi. mil. in  
sulam gagauden esse in medio eo tractu. Inde primum uisas aues psitacos: & ab altera quæ uocatur ar-  
tigula: animal sphingion: a tergedo cynocephalos. Inde nabatha. lxxx. mil. Oppidū id paruum inter  
prædicta solum. Ab eo ad insulam meroen. ccclx. mil. Hærbas circa meroen demū viridiores filuartūq;  
aliquid apparuisse rhinocerotū elephantorūq; uestigia. Ipsum oppidū meroen ab introitu insulæ abes-  
se. lxx. mil. pas. Iuxtag; alia insulâ tractu dextro subeūtibus alueo quæ portum faceret. Aedificia oppi-  
di pauca. Regnāt foemina Candace: quod multis iā amnis nomē ad reginas trāxit. Delubrū Hammo-  
nis est ibi religiosum: & toto tractu sacella. Cæterū cū potirentur regæ æthiopes: insula ea magnæ claris-  
tatis fuit. Tradunt armatorum. ccl. mil. dare solitam: artificum. iiiii. mil. alere. Reges æthiopum. xlv. &  
hodie traduntur.

Multiformes & miræ hominum effigies. Capi. xxx.

**G**Unera uero gens etheria appellata est: deinde atlantia. mox a Vulcani filio Aethiope æthi-  
opia. A nimaliū hoiumq; effigies mōstiferas circa extemitates eius gigni minime mirū ar-  
tifici ad formāda corpora efigiesq; celendas mobilitate ignea. Ferunt certe ab oriētis parte  
intima gétes esse sine naribus: æquali totius corporis palnitie. Alias superiore labro orbis:  
alias sine linguis. Pars etiā ore concreto: & naribus carens uno tantū foramine spirat: potūq; calamis  
auenæ trahit & grana eiusdē auenæ spōte pueniētis ad uescēdū. Quibusdā p sermone nutus motusq;  
menbrorū esse. Quibusdā ante ptolemæū laty; regē ægypti ignotus fuit usus igniū. Quidā & pyg-  
mæorū gentes p̄diderūt ante paludes: ex qbus nilus oriet. In ora. n. ubi desimis tontinui montes ar-  
dentibus similes rubent. Troglodytis & rubro mari a meroe tractus ois qui supponit a napata tridui  
itinere ad rubrum littus aqua pluua ad usum cōpluribus locis seruat: sertilissima regione: quæ: interest  
auri. Ulteriora atabuli æthiopum gens tenet. Deinde contra meroen megabarbi: quos aliqui adiaba-  
ras nominauere: oppidum habeut appollinis. pars eorū nomades q; elephantis uescitur. Et ex aduer-  
so in africæ parte macrobii. Rursus a megabatis ménones & daneli: dierūq; xx. interuallo critensi. VI  
tra eos dochī. Deinde gymnites semp nudi. Moxanderæ: mathitoe. mesagebes: hiporeæ atri coloris to-  
ta corpora rubrica illinunt. ad ex africæ parte medimni. Deinde nomades cynocephalorū lacte uiuen Dedacæ  
tes: olabi: syrbota: qui octonū cubitorū esse dicunt. aristocreon libye latere a meroe oppidū tolen die Menisini  
rum quinq; itinere tradit. inde dierū. xii. esar ægyptiorū oppidū: quo psammetichū fuguruunt in eo ni  
pduntur annis. ccc. habitasse. Contra in arabico latere darō oppidum esse eorum. Biō autem sapen uo Coloen  
cat qd ille esar: & ipso noie ad uenas ait significari. Caput eō in insula sembobitin: & tertium i arabia  
fai. In ter mōtes autem & nilum sambari sunt phaliges. in ipsis uero mōtibus asachae multis nationi-  
bus. Abesse a mari dicuntur dierū quinq; itinere. Viunt elephantos uenatu. insula in illo sambritatū phalages  
regioni paret: ab ea nubei æthiopes dierum octo itinere. Oppidū eō nilo i possum tenupsis sambri:  
apud quos quadrupedes oēs sine auribus etiā elephanti. at ex africæ parte ptoembari pemphanæ qui Ténésis  
canē p rege habent motu eius iperia augurantes. arusbi oppido lōge a nilo sito. postea achisarin: pha-  
liges matigerri casamarti. Biō & alia oppida in insulis tradit. A sembobiti meroen uersus dierū toto  
itinere. xx. proxime insulæ oppidum sebritarum sub regna. Et aliud a sar. Alterius oppidum darō. Ter-  
tiam medoen uocant in qua oppidum a sel. Quartam codē quo oppidum noie garoden. inde paropas  
oppidum. Nauos modūdæ: mādatini: secunduni: colligati: secundæ nauectabæ: cumi agrospi: ægyp-  
ni: candrogati arabum summorū. Regio supra firbitum ubi desinunt mōtes traditur a quibusdā habe-  
re maritimis æthiopas nisicastes: nisitas: qd significat ternū & quaternū oculo; & uiros: nō quia sic sit:  
sed quia sagittis p̄cipua cōtemplatione utuntur. Vb ea uero parte nili q; supra syrtes maiores occea-  
nūq; meridianū p̄tendit dalion uocatos esse dicit pluua tantū aqua utentes cisoros: lōgoporous. ab  
œcalibus dierū. v. itinere usibalcos: isuelos: peursios: ualios: cisprios. Reliqua deserta. Deinde fabulosa pharusios  
ad occidentem uersus nigre: quo; rex unum oculū habeat in fronte agriophagi pantherarum & leo-  
num camibus maxie uiuētes. paphagi omnia mandentes. Antropophagi humana carne uescētes. Cy-  
namolgi carinatis capitibus. Aithabathitæ quadrupedū feratum modouagi. Deinde hesperiae perorsi

h